



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 108. Responsum Angliæ Regis ad Oratores Gallos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Secul. XV. mum jura, quæ sibi in Neapolis regnum
 A.C. 1489. competenter, armis vindicaret. Hisce
 Oratoribus speciatim in mandatis datum
 est, quatenus utrumque articulum de
 Regis connubio, ejusdemque in Italianam
 expeditione nominatim exponerent, eo
 consilio, ut Henrico suspicionem adime-
 rent, perinde ac si Carolus Britannæ
 Ducissæ nuptias expeteret.

§. CVIII.

*Responsum Angliæ Regis ad Orato-
res Gallos.*

Rex Angliæ, ne responsum præcipiti
 consilio daret, rem Senatoribus suis
Bacon. ibid. discutiendam proposuit, atque elapo-
 aliquot dierum spacio Oratores ad allo-
 quium admisit, inquiens: Maximas,
 quas possum, Regi vestro grates repen-
 do, quod ob prosperos armorum meo-
 rum successus commune gaudium testari
 voluerit. Ego pariter lætitiam meam
 Gallis jungo propter victoriam de Roma-
 norum Rege reportatam. Postea sermo-
 nem convertens ad Britanniæ bellum sub-
 junxit; non solum Regis vestri, sed eti-
 am Britanniæ Ducis (hunc enim jam fa-
 tis cessisse ignorabat) nunquam interitu-
 ram foveo memoriam, eisque plusquam
 ceteris omnibus me obstrictum profiteor,
 proin grati animi legibus prohibitus, per-
 mittere

mittere haud possum, ut horum uni cum Sæcul. XV.
alterius dispendio studia mea devoverem: A. C. 1489.
grave insuper mihi accideret, si eorum
diffidiis compulsus alterutrius partes tueri
adstringeret, id ne eveniat, Conciliato-
rem pacis me exhibeo, hancque in rem
protinus Oratores meos in Franciam &
Britanniam ablegabo. Promisso sua con-
stitit fides; quippe Henricus Christopho-
rum Urswicensem Sacellanum suum in
Gallias misit, dato negotio, ut penitus
exploraret Francorum consilia, suamque
operam ad conciliandam pacem offerret,
si propensos ad concordiam animos ex-
periretur, eademque obsequia deferret
Britanniæ Duci, demum pacis articulos
instrueret, ac quantocius in Angliam re-
verteretur, legationis suæ rationem redi-
turus. Ast ubi ad Henricum fama per-
venit de victoria a Gallis Albini reporta-
ta, nec non de obitu Britanniæ Ducis,
& clandestinis Borboniæ Ducissæ consiliis,
Rex Gallis arma inferre decrevit; quare
hunc in finem convocato Senatu Carolo
Francorum Regi bellum esse denuncian-
dum sancitum est, moxque octo armatorum
millia conscribuntur, ac Ductore Broo-
kio Nobili Anglo in Britanniam dedu-
cuntur.